bus his perpetuò privatū sunt, exoriri necesse est. Ah!
quale mihi gaudium erit, qui in tenebris sedeo et lumen
cæli non video? exclamat bonus Tobias. Non coniuge
non filium, quibus nihil habebat charius lamentaba=
tur. Non divitias non agros, non villas, quibus illi nihil
poterat esse gratius, ingeminabat. Omnia chara omnia
grata sibi ingrata ac molesta arbitratus, si lumen cœ=
li non videat. Nec immeritò, omnia enim quæ etiā
mortua videbantur, cum sole resurgente resurgere, aut
certè ad eius præsentiā lætari ac exultare videmus,
reddere animā mundo, animantibus motū, inanimis venu=
state. erigi depressa papavera, ostentare se rosas, diloricare se
conchas, linquere latebras animalia mitiora, cucurrire gallos,
trinsare hirundines, plausitare palumbes, pipire passeres.
lusciniā verò sirenem illā sylvarum, concentu nocturno solen=
nio genethliacū promere; producto in longum spiritu [illegible]
emetiri periodos, vibratâ voce canere graviter, submissâ le=
niter, inflexâ insuperabiliter; omnia perire cum sole, omnia
cum sole renasci videmus, solus cæcus, utpote non tantum omni=
bus hominibus, sed etiam ipsis animantibus infelicior, nullū